

SOLEMN REQUIEM MASS

for the Anniversary of

MASS OF THE CATECHUMENS

THE PREPARATORY PRAYERS

[KNEEL and remain kneeling until the KYRIE ELEISON]

The choir sings the Introit to begin the Mass. Meanwhile the priest and ministers recite the preparatory prayers at the foot at the altar.

IN NOMINE PATRIS, + et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.	IN THE NAME OF THE FATHER, + and of the Son, and of the Holy Ghost. Amen.
V. Introibo ad altare Dei.	V. I will go in unto the Altar of God.
R. Ad Deum qui latificat juventutem meam.	R. To God, Who giveth joy to my youth.
V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.	V. Our help is in the Name of the Lord.
R. Qui fecit caelum et terram.	R. Who hath made heaven and earth.

THE CONFITEOR

Joining his hands humbly bowing down the Celebrant says the Confiteor.

V. CONFITEOR Dec omnipotenti...	V. I CONFESS to almighty God...
R. Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, perducatur te ad vitam aeternam.	R. May Almighty God have mercy upon thee, forgive thee thy sins, and bring thee to life everlasting.
V. Amen.	V. Amen.

The ministers say the Confiteor.

CONFITEOR Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michæli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et tibi, pater: quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere: *[He strikes his breast three times.]* mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te, Pater, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

V. Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perducatur vos ad vitam aeternam.	V. May Almighty God have mercy upon you, forgive you your sins, and bring you to life everlasting.
R. Amen.	R. Amen.

[While the Kyrie is being sung, the priest approaches the bier. At the end of the Kyrie, the priest begins the Pater noster.]

[The priest then walks twice round the bier first sprinkling it with holy water and then incensing it. He proceeds:]

V. Et ne nos inducas in tentationem.	V. And lead us not into temptation.
R. Sed libera nos a malo.	R. But deliver us from evil.
V. A porta inferi.	V. From the gate of hell.
R. Erue, Domine, animam ejus.	R. Deliver his soul, O Lord.
V. Requiescat in pace.	V. May he rest in peace.
R. Amen.	R. Amen.
V. Domine, exaudi orationem meam.	V. O Lord, hear my prayer.
R. Et clamor meus ad te veniat.	R. And let my cry come unto Thee.
V. Dominus vobiscum.	V. The Lord be with you.
R. Et cum spiritu tuo.	R. And with thy spirit.
Oremus.	Let us pray.


ABSOLVE, quæsumus, Domine, animam famuli tui N., Sacerdotis, ab omni vincula delictorum: ut, in resurrectionis gloria, inter Sanctos et electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.
V. Requiem + aeternam dona ei, Domine.
R. Et lux perpetua luceat ei.
V. Requiescat in pace.
R. Amen.
V. Anima ejus et animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace.
R. Amen.

Absolve, we beseech Thee O Lord, the soul of Thy servant and priest, N., from all bond of sin: that, having arisen in the glory of Thy resurrection, he may be refreshed among Thy Saints and elect. Through Christ Our Lord.

R. Amen.
V. Eternal rest grant unto him, O Lord.
R. And let perpetual light shine upon him.
V. May he rest in peace.
R. Amen.
V. May his soul and the souls of all the faithful departed through the mercy of God rest in peace.
R. Amen.

THE ABSOLUTION



[The Rite of Absolution is a series of prayers to God where the Church applies its binding and loosing power to absolve the deceased person's soul from any temporal punishment due for sins which were forgiven during the person's life.]

[STAND as the Priest and servers process to the Catafalque. The following Responsory is sung:]

<i>Libera me</i>	RESPONSORY
Libera me, Domine, de morte æterna, in die illa tremenda:	Deliver me, O Lord, from eternal death in that awful day,
R. Quando cœli movendi sunt et terra. Dum veneris iudicare sæculum per ignem.	R. When the heavens and the earth shall be moved: When Thou shalt come to judge the world by fire.
Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira.	Dread and trembling have laid hold on me, And I fear exceedingly because of the judgment and the wrath to come.
R. Quando cœli movendi sunt et terra.	R. When the heavens and the earth shall be shaken.
V. Dies illa, dies iræ, calamitatis et miseriæ, dies magna et amara valde.	V. O that day, that day of wrath, of sore distress and of all wretchedness, that great and exceed- ing bitter day.
R. Dum veneris iudicare sæculum per ignem.	R. When Thou shalt come to judge the world by fire.
V. Requiem æternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis.	V. Eternal rest grant unto them, O Lord, and let perpetual light shine upon them.

The Celebrant joins his hands and gives the absolution.

V. Indulgentiam, + absolutionem, et
remissionem peccatorum nos-
trorum, tribuat nobis omnipotens et
misericors Dominus.

R. Amen.

He bows his head and continues:

V. Deus, tu conversus vivificabis nos.

R. Et plebs tua lætabitur in te.

V. Ostende nobis, Domine, miseri-
cordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Oremus.

V. May the Almighty and merciful Lord grant
us pardon, + absolution, and remission of
our sins.

R. Amen.

V. Thou wilt turn, O God, and bring us to life.

R. And Thy people shall rejoice in Thee.

V. Show us, O Lord, Thy mercy.

R. And grant us Thy salvation.

V. O Lord, hear my prayer.

R. And let my cry come unto Thee.

V. The Lord be with you.

R. And with thy spirit.

V. Let us pray.

Then going up the Altar he says silently:

AUFER a nobis, quæsumus, Domine,
iniquitates nostras: ut ad Sancta sanc-
torum puris mereamur mentibus in-
troire. Per Christum Dominum nos-
trum. Amen.

TAKE away from us our iniquities, we en-
treat Thee, O Lord, that with pure
minds we may worthily enter into the
Holy of Holies. Through Christ our
Lord. Amen.

He kisses the Altar in the middle where the relics of the Saints are enclosed saying silently:

ORAMUS te, Domine, per merita sanc-
torum tuorum, quorum reliquiæ hic
sunt, et omnium Sanctorum: ut indul-
gere digneris omnia peccata mea.
Amen.

WE beseech Thee, O Lord, by the merits
of Thy Saints, whose relics are here, and
of all the Saints, that Thou wilt deign to
pardon me all my sins. Amen.

THE INTROIT - 4 Esdras 2:34-35; Ps. 64: 2-3

The Celebrant makes the Sign of the Cross and recites the Introit antiphon.

RÉQUIEM æternam dona eis,
Dómine: et lux perpétua luceat eis. Ps
64:2-3. Te decet hymnus, Deus, in
Sion, et tibi reddetur votum in Ierúsá-
lem: exáudi orationem meam, ad te
omnis caro véniet. Réquiem æternam.

Eternal rest grant unto them, O Lord:
and let perpetual light shine upon them.
Ps. A hymn, O God, becometh Thee in
Sion, and a vow shall be paid to Thee in
Jerusalem: O Lord, hear my prayer; all
flesh shall come unto Thee. Eternal rest.

[STAND]

THE KYRIE ELEISON

The choir and faithful sing the Kyrie.

6. **K** Y-ri-e * e- lé-i-son. *ijj.*
 Chri-ste e- lé-i-son. *ijj.*
 Ký-ri-e e- lé-i-son. *ijj.*
 Ký-ri-e * e- lé-i-son.

The Celebrant kisses the Altar, and turning toward the faithful sings:

V. Dominus vobiscum.	V. The Lord be with you.
R. Et cum spiritu tuo.	R. And with thy spirit.

THE COLLECT

The Celebrant returns to the Missal and sings the Collect:

[REMAIN KNEELING FOR THE COLLECT]

DEUS, qui inter apostólicos Sacerdotes famulum tuum N., sacerdotáli fecísti dignitate vigere: praesta, quaesumus; ut eorum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum.	O God, Who didst make Thy servant N. to partake of the sacerdotal dignity amongst Thine apostolic priests: grant, we beseech Thee, that he may also be joined to their eternal companionship. Through our Lord.
---	---

[SIT FOR THE EPISTLE]

THE EPISTLE - I Corinthians 15: 51-57

The Epistle is then chanted.

FRATRES: Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in novissima tuba: canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti: et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mor-	Brethren: Behold I tell you a mystery: we shall all indeed rise again, but we shall not all be changed. In a moment, in the twinkling of an eye, at the last trumpet; for the trumpet shall sound, and the dead shall rise again incorruptible, and we shall be changed. For this corruptible must put on incorruption, and this mortal must put on immortality. And when this mortal hath put
--	--

He returns to the middle of the Altar, kisses the Altar, and then turns to the faithful and says:

V. Dominus vobiscum.	V. The Lord be with you.
R. Et cum spiritu tuo.	R. And with thy spirit.
Oremus.	Let us pray.

THE POSTCOMMUNION PRAYER

The Celebrant goes to the right side of the Altar and sings the Postcommunion:

PROSIT, quaesumus, Dómine, animae famuli N., Sacerdotis misericórdiae tuae implorata cleméntia: ut ejus, in quo sperávit et crédidit, aeternum cápiat, to miserante, consórtium. Per Dóminum.	We beseech Thee O Lord that our petition to the clemency of Thy mercy may assist the soul of Thy servant and priest N.: so that, by Thy mercy, he may receive the eternal companionship of Him in Whom he did hope and believe. Through our Lord.
---	---

THE DISMISSAL

The dismissal is then sung:

R Equi-éscant in pá-ce. *R̄. Amen.*

The priest then says silently the following, after which he kisses the Altar.

PLACEAT tibi, sancta Trinitas, obsequium servitutis meae: et praesta: ut sacrificium, quod oculis tuae majestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihi et omnibus, pro quibus illud obtuli, sit, te miserante, propitiabile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.	MAY the tribute of my homage be pleasing to Thee, O most holy Trinity. Grant that the Sacrifice which I, unworthy as I am, have offered in the presence of Thy Majesty, may be acceptable to Thee. Through Thy mercy may it bring forgiveness to me and to all for whom I have offered it. Through Christ our Lord. Amen.
---	---

HOMILY

The priest then goes to the pulpit to give a brief homily.

THE COMMUNION OF THE FAITHFUL

The Celebrant genuflects, elevates a Particle of the Host, turns toward the faithful and says:

ECCE Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. BEHOLD the Lamb of God, behold Him who taketh away the sins of the world.

The Communicants adore the Sacred Host and strike their breasts three times saying:

DOMINE, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea. LORD, I am not worthy that Thou shouldst enter under my roof; but only say the word, and my soul shall be healed.

Those attending are reminded that only baptized Catholics who are in the state of grace and have observed the fast may receive Holy Communion. Holy Communion is received in the kneeling position (unless there is a disability) and only on the tongue. The communicant does not say Amen.

The Celebrant then goes to the Altar rail and says to each communicant:

CORPUS Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam. Amen. MAY the Body of Our Lord Jesus Christ preserve your soul unto life everlasting. Amen.

THE PRAYERS DURING THE ABLUTIONS

Wine is poured into the Chalice; the Celebrant drinks it and says silently,:

QUOD ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. GRANT, O Lord, that what we have taken with our mouth, we may receive with a pure mind; and that from a temporal gift it may become for us an eternal remedy.

Wine and water are poured into the Chalice over the fingers of the Celebrant, who says silently:

CORPUS tuum, Domine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potavi, adhæreat visceribus meis: et præsta; ut in me non remaneat scelerum macula, quem pura et sancta refecerunt sacramenta: Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen. MAY Thy Body, O Lord, which I have received and Thy Blood which I have drunk, cleave to my inmost parts, and grant that no stain of sin remain in me, whom these pure and holy Sacraments have refreshed. Who livest and reignest for ever and ever. Amen.

THE COMMUNION ANTIPHON - 4 Esdr 2:35; 2:34

During the distribution of Communion, the choir sings the Communion Antiphon, which is later recited silently by the Celebrant at the right side of the Altar.

LUX æterna luceat eis, Domine: Cum Sanctis tuis in æternum: quia pius es. V. Requiem æternam dona eis, Domine: et lux perpætua luceat eis. Cum Sanctis. Let everlasting light shine upon them, O Lord: With Thy Saints forever for Thou art merciful. V. Eternal rest grant them, O Lord, and let perpetual light shine upon them: With Thy Saints.

tale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, Victoria tua? Ubi est, mors, stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est: virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum.

on immortality, then shall come to pass the saying that is written: Death is swallowed up in victory. O death, where is thy victory? O death, where is thy sting? Now the sting of death is sin: and the strength of sin is the law. But thanks be to God, Who hath given us victory through our Lord Jesus Christ.

[REMAIN SITTING FOR THE CHANTING OF THE GRADUAL, TRACT AND SEQUENCE]

The following Gradual, Tract and Sequence are sung by the Choir, and read silently by the Celebrant.

GRADUAL - 4 Esdras 2:34-35; Psalm 111:7

REQUIEM æternam dona eis, Domine: et lux perpætua luceat eis. Ps. In memoria æterna erit justus: ab auditione mala non timebit.

Eternal rest give to them, O Lord; and let perpetual light shine upon them. Ps. The just shall be in everlasting remembrance; he shall not fear the evil hearing.

TRACT

ABSOLVE, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. Et gratia tua illis succurrente, mereantur evadere iudicium ultionis. Et lucis æternæ beatitudine perfrui.

Absolve, O Lord, the souls of all the faithful departed from every bond of sin. And by the help of Thy grace, may they be enabled to escape the judgment of punishment. And enjoy the happiness of light eternal.

SEQUENCE - *Dies iræ*

Dies iræ, dies illa,
Solvet sæclum in favilla:
Teste David cum Sibylla.
Quantus tremor est futurus,
Quando iudex est venturus,
Cuncta stricte discussurus!
Tuba mirum spargens sonum
Per sepulcra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors stupebit et natura,
Cum resurget creatura,
Iudicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum sedebit,
Quidquid latet apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Cum vix iustus sit securus.

Day of wrath and doom impending,
David's word with Sibyl's blending,
Heaven and earth in ashes ending.
O what fear man's bosom rendeth,
When from heaven the Judge descendeth,
On Whose sentence all dependeth.
Wondrous sound the trumpet flingeth,
Through earth's sepulchres it ringeth,
All before the throne it bringeth.
Death is struck, and nature quaking,
All creation is awaking,
To its Judge an answer making.
Lo, the book exactly worded,
Wherein all hath been recorded,
Thence all judgment be awarded.
When the Judge His seat attaineth,
And each hidden deed arraigneth,
Nothing unavenged remaineth.
What shall I, frail man, be pleading?
Who for me be interceding
When the just are mercy needing?

Rex tremendæ maiestatis,
 Qui salvandos salvas gratis,
 Salva me, fons pietatis.
 Recordare Iesu pie,
 Quod sum causa tuæ viæ:
 Ne me perdas illa die.
 Quærens me, sedisti lassus:
 Redemisti crucem passus:
 Tantus labor non sit cassus.
 Iuste Iudex ultionis,
 Donum fac remissionis,
 Ante diem rationis.
 Ingemisco, tamquam reus:
 Culpa rubet vultus meus:
 Supplicanti parce Deus.
 Qui Mariam exaudivisti,
 Et latronem exaudisti,
 Mihi quoque spem didisti.
 Preces meæ non sunt dignæ:
 Sed tu bonus fac benigne,
 Ne perenni cremer igne.
 Inter oves locum præstra,
 Et ab hædis me sequestra,
 Statuens in parte dextra.
 Confutatis maledictis,
 Flammis acribus addictis,
 Voca me cum benedictis.
 Oro supplex et acclinis,
 Cor contritum quasi cinis:
 Gere curam mei finis.
 Lacrimosa dies illa,
 Qua resurget ex favilla
 Judicandus homo reus:
 Huic ergo parce Deus.
 Pie Iesu Domine,
 dona eis requiem. Amen.

King of majesty tremendous,
 Who dost free salvation send us,
 Fount of pity, then befriending us,
 Think, kind Jesus, my salvation
 Caused Thy wondrous Incarnation,
 Leave me not to reprobation.
 Faint and weary Thou hast sought me,
 On the cross of suffering bought me,
 Shall such grace be vainly brought me?
 Righteous Judge, for sin's pollution
 Grant Thy gift of absolution,
 Ere that day of retribution.
 Guilty now I pour my moaning,
 All my shame with anguish owing,
 Spare, O God, Thy suppliant groaning.
 Through the sinful woman shriven,
 Through the dying thief forgiven,
 Thou to me a hope hast given.
 Worthless are my prayers and sighing,
 Yet, good Lord, in grace complying,
 Rescue me from fires undying,
 With Thy sheep a place provide me,
 From the goats afar divide me,
 To Thy right hand do Thou guide me.
 When the wicked are confounded,
 Doomed to flames of woe unbounded,
 Call me with Thy Saints surrounded.
 Low I kneel with heart's submission;
 See, like ashes, my contrition,
 Help me in my last condition.
 Ah! that day of tears and mourning,
 From the dust of earth returning,
 Man for judgment must prepare him,
 Spare, O God, in mercy spare him.
 Lord all-pitying, Jesus blest,
 Grant them Thine eternal rest. Amen.

The incense is blessed and the Munda cor meum is said by the Celebrant (unless there be a Deacon).

MUNDA cor meum ac labia mea,
 omnipotens Deus, qui labia Isaiaë
 Prophetæ calculo mundasti ignito
 ita me tua grata miseratione dig-
 nare mundare, ut sanctum Evan-
 gelium tuum digne valeam nun-
 tiare. Per Christum Dominum
 nostrum. Amen.

CLEANSE my heart and my lips, O al-
 mighty God, Who didst cleanse the lips
 of the prophet Isaiah with a burning coal;
 through Thy gracious mercy so purify me
 that I may worthily proclaim Thy
 holy Gospel. Through Christ our Lord.
 Amen.

THE PRAYER FOR GRACE

PERCEPTIO Corporis tui, Do-
 mine Jesu Christe, quod ego in-
 dignus sumere præsumo, non
 mihi proveniat in iudicium et
 condemnationem: sed pro tua
 pietate prosit mihi ad tutamen-
 tum mentis et corporis, et ad
 medelam percipiendam: Qui vivis
 et regnas cum Deo Patre in uni-
 tate Spiritus Sancti, Deus, per
 omnia sæcula sæculorum. Amen.

LET not the partaking of Thy Body, O
 Lord Jesus Christ, which I, though
 unworthy, presume to receive, turn to my
 judgment and condemnation; but through
 Thy mercy, may it be unto me a safeguard
 and a healing remedy both of soul and
 body. Who livest and reignest with God
 the Father, in the unity of the Holy
 Ghost, God, for ever and ever. Amen.

THE PRAYERS AT THE COMMUNION

THE COMMUNION OF THE PRIEST

He genuflects and taking the Host says silently:

PANEM cælestem accipiam, et
 nomen Domini invocabo.

I WILL take the Bread of Heaven, and will
 call upon the Name of the Lord.

Striking his breast, he says the Domine, non sum dignus *three times audibly:*

DOMINE, non sum dignus, ut
 intres sub tectum meum: sed tan-
 tum dic verbo, et sanabitur anima
 mea.

LORD, I am not worthy that Thou shouldst
 enter under my roof; but only say the word,
 and my soul shall be healed.

Making the Sign of the Cross with the Host over the paten, he says silently:

CORPUS Domini nostri Jesu
 Christi custodiat animam meam
 in vitam æternam. Amen.

MAY the Body of Our Lord Jesus Christ
 preserve my soul unto life everlasting.
 Amen.

He uncovers the Chalice, genuflects, collects any Fragments remaining and purifies the paten over the Chalice, saying silently:

QUID retribuam Domino pro
 omnibus quæ retribuit mihi?
 Calicem salutaris accipiam, et
 nomen Domini invocabo. Lau-
 dans invocabo Dominum, et ab
 inimicis meis salvus ero.

WHAT return shall I make to the Lord for
 all the things that He hast given unto me?
 I will take the chalice of salvation, and
 call upon the Name of the Lord. I will
 call upon the Lord and give praise: and I
 shall be saved from mine enemies.

He makes the Sign of the Cross with the Chalice, while saying silently:

SANGUIS Domini nostri Jesu
 Christi custodiat animam meam
 in vitam æternam. Amen.

MAY the Blood of our Lord Jesus Christ
 preserve my soul unto life everlasting.
 Amen.

THE COMMINGLING OF THE SACRED BODY AND BLOOD

He makes the Sign of the Cross with a small Particle over the Chalice, saying,

V. Pax + Domini sit + semper V. May the + peace of the + Lord be always
vobis + cum. with + you.
R. Et cum spiritu tuo. R. And with thy spirit.

He places the Particle in the Chalice, saying

HÆC commixtio, et consecratio MAY this mingling and hallowing of the
Corporis et Sanguinis Body and Blood of our Lord Jesus Christ
Domini nostri Jesu Christi, fiat be for us who receive it a source of eternal
accipientibus nobis in vitam life. Amen.
æternam. Amen.

THE AGNUS DEI

The choir and the faithful sing the Agnus Dei, which is recited by the Celebrant and ministers.

[KNEEL]

A -gnus Dé- i, * qui tóllis peccá-ta múndi : dóna é-
is réqui- em. Agnus Dé- i, * qui tóllis peccá-ta múndi :
dóna é- is réqui- em. Agnus Dé- i, * qui tóllis peccá-ta
múndi : dóna é- is réqui- em ** sempi-térnam.

The Celebrant then says silently,

THE PRAYER FOR SANCTIFICATION

DOMINE Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera, me per hoc sacrosanctum Corpus et Sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis, et universis malis: et fac me tuis semper inhærere mandatis, et a te numquam separari permittas: Qui cum eodem Deo Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas, Deus, in sæcula sæculorum. Amen.

O LORD Jesus Christ, Son of the living God, Who, by the will of the Father and the cooperation of the Holy Ghost, has by Thy death given life to the world: deliver me by this, Thy most sacred Body and Blood, from all my iniquities and from every evil; make me cling always to Thy commandments, and permit me never to be separated from Thee. Who with the same God, the Father and the Holy Ghost, livest and reignest God, world without end. Amen.

[STAND] [MAKE the Sign of the Cross on forehead, lips and heart.]

V. Dominus vobiscum. V. The Lord be with you.
R. Et cum spiritu tuo. R. And with thy spirit.
V. Sequentia Sancti Evangelii V. The continuation of the holy Gospel accord-
secundum Ioánnem . ing to John.
R. Gloria tibi, Domine. R. Glory to Thee, O Lord.

The Gospel is then sung:

THE GOSPEL - John 5: 25-29

IN illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Amen, amen dico vobis, quia venit hora, et nunc est, quando mórtui áudient vocem Filii Dei: et qui audierint, vivent. Sicut enim Pater, habet vitam in semetípso, sic dedit et Filio habére vitam in sempetípso: et potestátem dedit ei iudícium fácere, quia Fílius hómínis est. Nolíte mirári hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monuméntis sunt, áudient vocem Filii Dei: et procédent, qui bona fecérunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egérunt, resurrectionem iudicii.

At that time: Jesus said to the multitudes of the Jews: Amen, amen, I say unto you, that the hour cometh, and now is, when the dead shall hear the voice of the Son of God; and they that hear shall live. For as the Father hath life in Himself, so He hath so given to the Son also to have life in Himself; and He hath given power to do judgment, because He is the Son of man. Wonder not at this, for the hour cometh wherein all that are in graves shall hear the voice of the Son of God; and they that have done good things shall come forth unto the resurrection of life, but they that have done evil, unto the resurrection of judgment.

MASS OF THE FAITHFUL

[After the Gospel, the Priest returns to the altar. After he turns and says Oremus. SIT and remain sitting through the Offertory prayer, the Offerings, the Incensing, the Washing of Hands, and until the end of the Secret.]

The Celebrant kisses the Altar, and turning to the faithful sings:

V. Dominus vobiscum. V. The Lord be with you.
R. Et cum spiritu tuo. R. And with thy spirit.
V. Oremus. V. Let us pray.

THE OFFERTORY ANTIPHON

The choir sings the Offertory Antiphon, which is recited silently by the Celebrant.

DOMINE, Jesu Christe, Rex gloriae, libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni et de profundo lacu. Libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant, in obscurum; sed signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctam, Quam olim Abrahæ promisisti, et semini ejus. Hostias et preces tibi, Domine laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas, Domine, de morte transire ad vitam. Quam olim Abrahæ promisisti et semine ejus.

The Celebrant takes the paten with the host, and offers up the host, saying silently:

SUSCIPE, Sancte Pater, omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerabilibus peccatis, et offensionibus, et negligentis meis, et pro omnibus circumstantibus, sed et pro omnibus fidelibus christianis vivis atque defunctis: ut mihi et illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.

Making the Sign of the Cross with the paten, he places the host upon the corporal. The wine and water are poured into the chalice, the Celebrant blessing the water before it is mixed, saying silently:

DEUS, qui humanæ substantiæ dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilis reformasti: da nobis

Lord Jesus Christ, king of glory, deliver the souls of all the faithful departed from the pains of Hell and the bottomless pit. Deliver them from the jaws of the lion, lest hell engulf them, lest they be plunged into darkness; but let the holy standard-bearer Michael lead them into the holy light, as once you promised to Abraham and to his seed. Lord, in praise we offer you Sacrifices and prayers; accept them on behalf of those who we remember this day: Lord, make them pass from death to life, as once you promised to Abraham and to his seed.

ACCEPT, O Holy Father, almighty and eternal God, this unspotted Host, which I, Thine unworthy servant, offer unto Thee, my living and true God, to atone for my countless sins, offenses and negligences: on behalf of all here present and likewise for all faithful Christians, living and dead, that it may avail both me and them as a means of salvation, unto life eternal. Amen.

O GOD, Who in creating man didst exalt his nature very wonderfully and yet more wonderfully didst establish it anew; by the Mys-

The Celebrant concludes aloud:

[STAND]

V. Per omnia sæcula sæculorum.
R. Amen.

THE PATER NOSTER

He joins his hands and sings:

OREMUS.
Præceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere:

PATER NOSTER, qui es in cælis: sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cælo, et in terræ. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem:

R. Sed libera nos a malo.
V. Amen.

The Celebrant says the Libera nos silently:

LIBERA nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis, præritis, præsentibus, et futuris: et intercedente beata et gloriosa semper Virgine Dei Genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque Andrea, et omnibus Sanctis, da propitius pacem in diebus nostris: ut, ope misericordiæ tuæ adjuti, et a peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi.

He breaks the Host over the Chalice saying silently:

Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum.

He breaks off a Particle from the divided Host

Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus.

He concludes aloud:

V. Per omnia sæcula sæculorum.
R. Amen

V. For ever and ever.
R. Amen

LET us pray.

Taught by our Saviour's command and formed by the word of God, we dare to say:

OUR FATHER, Who art in heaven, hallowed be Thy Name; Thy Kingdom come; Thy will be done on earth as it is in heaven, Give us this day our daily bread; and forgive us our trespasses as we forgive those who trespass against us. And lead us not into temptation.

R. But deliver us from evil.
V. Amen

DELIVER us, we beseech Thee, O Lord, from all evils, past, present, and to come; and by the intercession of the blessed and glorious Mary, ever Virgin, Mother of God, together with Thy blessed Apostles Peter and Paul, and Andrew, and all the Saints, mercifully grant us peace in our days, that through the bounteous help of Thy mercy, we may be always free from sin and safe from all disquiet.

Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord.

Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Ghost, God.

V. For ever and ever.
R. Amen

SUPPLICES te rogamus, omnipotens Deus: jube hæc perferri per manus Sancti Angeli tui in sublimi altare tuum, in conspectu divinæ majestatis tuæ: ut quoque ex hac altaris participatione, sacrosanctum Filii tui Corpus, et sanguinem sumpserimus omnibenedictione cælesti et gratia repleamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

MEMENTO etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum N. et N., qui nos præcesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis. Ipsis, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indulgeas, deprecamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

NOBIS quoque peccatoribus, famulis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam, et societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis et Martyribus, cum Joanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia, et omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor admitte. Per Christum Dominum nostrum.

THE FINAL DOXOLOGY AND MINOR ELEVATION

PER quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis et præstas nobis.

PER ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor, et gloria,

FOR BLESSINGS

HUMBLY we beseech Thee, almighty God, to command that these our offerings be carried by the hands of Thy holy Angel to Thine Altar on high, in the sight of Thy divine Majesty, so that those of us who shall receive the most sacred Body + and Blood + of Thy Son by partaking thereof from this Altar may be filled with every grace and heavenly blessing. Through Christ our Lord. Amen.

FOR THE DEAD

BE MINDFUL, also, O Lord, of Thy servants and handmaids N. and N. who are gone before us with the sign of faith and who sleep the sleep of peace. To these, O Lord, and to all who rest in Christ, grant, we beseech Thee, a place of refreshment, light, and peace. Through the same Christ our Lord. Amen.

INVOCATION OF THE SAINTS

TO US also Thy sinful servants, who put our trust in the multitude of Thy mercies, vouchsafe to grant some part and fellowship with Thy Holy Apostles and Martyrs: with John, Stephen, Matthias, Barnabas, Ignatius, Alexander, Marcellinus, Peter, Felicity, Perpetua, Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia, Anastasia, and all Thy Saints. Into their company we beseech Thee admit us, not considering our merits, but freely pardoning our offenses. Through Christ our Lord.

THROUGH Whom, O Lord, Thou dost create, sanctify, quicken, bless, and bestow upon us all these good things.

Through + Him, and with Him + and in Him +, is unto Thee, God the Father + almighty, in the unity of the Holy + Ghost, all honour and glory,

per hujus aquæ et vini mysterium, ejus divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. Amen.

tery signified in the mingling of this water and wine, grant us to have part in the Godhead of Him Who hath deigned to become a partaker of our humanity, Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Ghost, one God, for ever and ever. Amen.

Returning to the middle of the Altar, the Celebrant takes the chalice and offers it to God, saying silently

OFFERIMUS tibi, Domine, calicem salutaris tuam deprecantes clementiam: ut in conspectu divinæ majestatis tuæ, pro nostra et totius mundi salute, cum odore suavitatis ascendat. Amen.

WE OFFER unto Thee, O Lord, the chalice of salvation, entreating Thy mercy that our offering may ascend with a sweet fragrance in the sight of Thy divine Majesty, for our own salvation and for that of the whole world. Amen.

He makes the Sign of the Cross with the chalice, and placing it on the corporal, he covers it with the pall. Bowing down, he says silently:

IN SPIRITU humilitas, et in animo contrito suscipiamur a te, Domine, et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.

HUMBLED in spirit and contrite of heart, may we find favour with Thee, O Lord: and may our sacrifice be so offered this day in Thy sight as to be pleasing to Thee, O Lord God.

Raising his eyes and extending his hands, he says silently:

VENI, Sanctificator omnipotens æterne Deus: et benedic hoc sacrificium, tuo sancto nomini præparatum.

COME, O Sanctifier, almighty and eternal God, and bless + this sacrifice which is prepared for the glory of Thy holy Name.

THE INCENSING

The Celebrant now blesses the incense.

PER intercessionem beatæ Michaelis Archangeli, stantis a dextris altaris incensi, et omnium electorum suorum, incensum istud dignetur Dominus benedicere, et in odorem suavitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

MAY the Lord, by the intercession of blessed Michael the Archangel, who standeth at the right side of the altar of incense, and of all His Elect, vouchsafe to bless this incense and receive it as an odour of sweetness: through Jesus Christ our Lord. Amen.

The Celebrant incenses the bread and wine:

INCENSUM istud a te benedictum ascendat ad te, Domine: et descendat super nos misericordia tua.

MAY this incense, which Thou hast blessed, O Lord, ascend to Thee, and may Thy mercy descend upon us.

Then he incenses the Altar.

DIRIGATUR, Domine, oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis.

Ut non declinet cor meum in verbo malitiæ, ad excusandas, excusationes in peccata.

Returning the thurible, the Celebrant says:

ACCENDAT in nobis Dominus ignem sui amoris, et flammam æternæ caritatis. Amen.

The Celebrant is now incensed.

THE WASHING OF THE HANDS

The Celebrant then washes his fingers, while reciting Psalm 25.6-12 silently.

LAVABO inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum, Domine. Ut audiam vocem laudis: et enarrem universa mirabilia tua. Domine, dilexi decorem domus tuæ: et locum habitationis gloriæ tuæ. Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam: in quorum manibus iniquitates sunt: dexterarum repleta, est muneribus. Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei. Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te, Domine.

THE PRAYER TO THE HOLY TRINITY

Bowing down before the middle of the Altar, he joins his hands, saying silently

SUSCIPE, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, et ascensionis Jesu Christi Domini nostri: et in honorem beatæ Mariæ semper Virginis, et beati Joannis Baptistæ, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium

LET my prayer, O Lord, be directed as incense in Thy sight: the lifting up of my hands as an evening sacrifice.

Set a watch, O Lord, before my mouth, and a door round about my lips.

May my heart not incline to evil words, to make excuses for sins.

MAY the Lord enkindle within us the fire of His love, and the flame of everlasting charity. Amen.

I WILL wash my hands among the innocent, and I will encompass Thine altar, O Lord. That I may hear the voice of praise, and tell of all Thy wondrous works. I have loved, O Lord, the beauty of Thy house, and the place where Thy glory dwelleth. Take not away my soul, O God, with the wicked, nor my life with men of blood. In whose hands are iniquities, their right hand is filled with gifts. But as for me, I have walked in my innocence; redeem me, and have mercy on me. My foot hath stood in the right way; in the churches I will bless Thee, O Lord.

RECEIVE, O Holy Trinity, this oblation which we make to Thee in memory of the Passion, Resurrection, and Ascension of our Lord Jesus Christ; and in honour of blessed Mary ever Virgin, of blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, of these and of all the Saints.

SIMILI modo postquam cenatum est, accipiens et hunc præclarum Calicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi gratias agens, bene dixit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, eo bibite ex eo omnes.

**HIC EST ENIM CALIX
SANGUINIS MEI, NOVI ET
ÆTERNI TESTAMENTI:
MYSTERIUM FIDEI: QUI PRO
VOBIS ET PRO MULTIS EFFUN-
DETUR IN REMISSIONEM PECCA-
TORUM.**

The Celebrant genuflects, elevates the Chalice and, setting it down he covers it and adores it again.

Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

UNDE et memores, Domine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejusdem Christi Filiï tui Domini nostri tam beatæ Passionis, nec non et ab inferis Resurrectionis, sedet in cælos gloriosæ ascensionis: offerimus præclaræ majestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam Panem sanctum vitæ æternæ, et Calicem salutis perpetuæ.

SUPRA quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris: et accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justi Abel, et sacrificium Patriarchæ nostri Abrahamæ, et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

IN like manner, after He had supped, taking also into His holy and venerable hands this goodly chalice, giving thanks to Thee, He blessed it, and gave it to His disciples, saying: Take and drink ye all of this.

**FOR THIS IS THE CHALICE OF MY
BLOOD, OF THE NEW AND ETERNAL
TESTAMENT: THE MYSTERY OF
FAITH: WHICH SHALL BE SHED FOR
YOU AND FOR MANY UNTO THE RE-
MISSION OF SINS.**

As often as ye shall do these things, ye shall do them in remembrance of Me.

OBLATION OF THE VICTIM TO GOD

AND now, O Lord, we, Thy servants, and with us all Thy holy people, calling to mind the blessed Passion of this same Christ, Thy Son, our Lord, likewise His Resurrection from the grave, and also His glorious Ascension into heaven, do offer unto Thy most sovereign Majesty out of the gifts Thou hast bestowed upon us, a Victim which is pure +, a Victim which is holy +, a Victim which is spotless +, the holy Bread + of life eternal, and the Chalice + of everlasting Salvation.

TO ASK GOD TO ACCEPT OUR OFFERING

DEIGN to look upon them with a favourable and gracious countenance, and to accept them as Thou didst accept the offerings of Thy just servant Abel, and the sacrifice of our Patriarch Abraham, and that which Thy high priest Melchisedech offered up to Thee, a holy Sacrifice, an immaculate victim.

rum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

THE CONSECRATION

HANC igitur oblationem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tum, quæsumus, Domine, ut placatus accipias: diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

QUAM oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsumus, bene+dictam, adscrip+tam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: ut nobis Cor+pus, et San+guis fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi.

QUI pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem tibi gratias agens, bene+dixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, et manducate ex hoc omnes.

**HOC EST ENIM
CORPUS MEUM.**

merits and prayers that in all things we may be guarded and helped by Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

OBLATION OF THE VICTIM TO GOD

WE therefore beseech Thee, O Lord, graciously to accept this oblation of our service and that of Thy whole household. Order our days in Thy peace, and command that we be rescued from eternal damnation and numbered in the flock of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen.

HUMBLY we pray Thee, O God, be pleased to make this same offering wholly + blessed, to + consecrate it and + approve it, making it reasonable and acceptable, that it may become for us the + Body and + Blood of Thy dearly beloved Son, our Lord Jesus Christ.

WORDS OF CONSECRATION AND ELEVATION

WHO, the day before He suffered, took bread into His Holy and venerable hands, and having lifted His eyes to heaven, to Thee, God, His Almighty Father, giving thanks to Thee, + blessed it, broke it, and gave it to His disciples, saying: Take and eat ye all of this.

**FOR THIS IS
MY BODY.**

Sanctorum: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

THE ORATE FRATRES

He kisses the Altar; then turning toward the faithful he says the first two words aloud and then faces the Altar while concluding the prayer silently.

ORATE fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

R. Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.

V. Amen.

THE SECRET

Then with outstretched hands, the Celebrant says the Secret in silence:

SUSCIPE, Dómine, quæsumus, pro ánima fámuli tui N. Sacerdotís, quas offérimus, hóstias, ut, cui in hoc sæculo sacerdotále donásti méritum, in cælesti regno Sanctórum tuórum júbeas jungi consórtio. Per Dóminum.

He concludes aloud:

V. Per omnia sæcula sæculorum.
R. Amen.

[STAND for the Preface]

To them let it bring honour, and to us salvation, and may they whom we are commemorating here on earth deign to plead for us in heaven. Through the same Christ our Lord. Amen.

PRAY brethren, that my Sacrifice and yours may be acceptable to God the Father Almighty.

R. May the Lord accept the Sacrifice from thy hands, to the praise and glory of His Name, for our benefit and for that of all His holy Church.

V. Amen.

Receive, we beseech Thee O Lord, the gifts we offer for the soul of Thy servant and priest N.: that Thou mayst order him, to whom Thou didst give the dignity of the priesthood in this world, to be joined to the companionship of Thy Saints in the heavenly kingdom. Through our Lord.

V. For ever and ever.
R. Amen.

The Celebrant genuflects, adores the Sacred Host, rising he elevates It, and then placing It on the corporal, again adores It. Then, uncovering the Chalice he says:

THE PREFACE FOR THE DEAD

The Celebrant sings:

V. Dominus vobiscum. V. The Lord be with you.
R. Et cum spiritu tuo. R. And with thy spirit.
V. Sursum corda. V. Lift up your hearts.
R. Habemus ad Dominum. R. We have lifted them up to the Lord.
V. Gratias agamus Domino Deo nostro. V. Let us give thanks to the Lord our God
R. Dignum et justum est. R. It is meet and just.

With his hands extended, he sings the Preface.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, per Christum Dominum nostrum. In quo nobis spes beatæ resurrectionis effulsit, ut quos contristat certa moriendi conditio, eosdem consoletur futuræ immortalitatis promissio. Tuis enim fidelibus, Domine, vita mutatur, non tollitur: et dissoluta terrestris hujus incolatus domo, æterna in cælis habitatio comparatur. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia cælestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes:

It is truly fitting and proper, right and profitable to salvation: that we should at all times and in all places give thanks to Thee O Lord, Holy Father, almighty and everlasting God, through Christ our Lord: in Whom has shone upon us the hope of blessed resurrection, so that those who are afflicted by the certainty of dying, may be consoled by the promise of future immortality. For to Thy faithful, Lord, life is changed, not taken away; and when the abode of this earthly sojourn is destroyed, an eternal dwelling is prepared in Heaven. And therefore with Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the heavenly hosts, we sing a hymn to Thy glory, saying without ceasing:

THE SANCTUS

The Celebrant again joins his hands, and bowing, says the Sanctus, which the choir and the faithful sing. At the Benedictus qui venit, make the Sign of the Cross.

[KNEEL]

S Anctus, * Sâncustus, Sâncustus Dóminus DÉ-us Sá-
ba-oth. Pléni sunt cœ-li et térra gló-ri-a tú-a. Hosâнна
in excélsis. Benedíctus qui vénit in nómine Dómi-ni.
Hosâнна in excélsis.

THE CANON OF THE MASS

The Celebrant, bowing low over the Altar, begins the Canon saying silently:

FOR THE CHURCH

TE IGITUR, clementissime Pater, per Jesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum, supplices rogamus, ac petimus, uti accepta habeas, et benedicas, hæc + dona, hæc + munera, hæc + sancta sacrificia illibata, in primis, quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare, custodire, adunare, et regere digneris toto orbe terrarum: una cum famulo tuo Papa nostro N. et Antistite nostro N. et omnibus orthodoxis atque catholicæ et apostolicæ fidei cultoribus.

MOST merciful Father, we humbly pray and beseech Thee, through Jesus Christ Thy Son, our Lord, to accept and bless these + gifts, these + presents, these + holy unspotted Sacrifices, which we offer up to Thee, in the first place, for Thy Holy Catholic Church, that it may please Thee to grant her peace, to preserve, unite, and govern her throughout the world; as also for Thy servant N. our Pope, and N. our bishop, and for all orthodox believers and all who profess the Catholic and Apostolic faith.

FOR THE LIVING

MEMENTO, Domine, famulorum, famularumque tuarum N. et N. et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, et nota devotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisque omnibus: pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis, et incolumitatis suæ: tibi que reddunt vota sua æterno Deo, vivo et vero.

BE MINDFUL, O Lord, of Thy servants and handmaids, N. and N., and of all here present, whose faith and devotion are known to Thee, for whom we offer, or who offer up to Thee, this Sacrifice of praise for themselves and all those dear to them, for the redemption of their souls and the hope of their safety and salvation: who now pay their vows to Thee, the eternal, living and true God.

INVOCATION OF THE SAINTS

COMMUNICANTES, et memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genitricis Dei et Domini nostri Jesu Christi: sed et + beati Joseph ejusdem Virginis Sponsi, et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri et Pauli, Andreae, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis et Thaddæi: Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosmæ et Damiani: et omnium Sanctorum tuorum; quo-

IN COMMUNION with, and honouring the memory in the first place of the glorious ever Virgin Mary Mother of our God and Lord Jesus Christ; also + blessed Joseph, her Spouse; and likewise of Thy blessed Apostles and Martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus, Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints. Grant for the sake of their